55

diuinę legis uel legendo uel audiendo obtinueris tuae portiones effi
ciatur ciuitas litterarum. & haec quidem nos pro possibilitate sen
sus nostri uel etiam pro auditus uestri capacitatem discussimus. summa &
uero scientiae & profundior horum intellegentia apud illos erit.
que ueram hereditatem ueri & unigeniti filii dei que repromissa est
his qui eum perfecte dilexerant consequi merebuntur. In Christo Iesu
domino nostro cui est gloria & imperium in saecula saeculorum amen.

EXPL. HOM. XVIIII. INCIPIT XX DE DIFFICULTATE INTEL
LEGENTIAE FIDE CHALEB QUOMODO ACCEPIT CEBRON.

Siquibus possibile est ad terram sanctam & bonam uiuentium in qua
mors non est. si quis per spiritum sanctum meruit ad haec uiuenda conscendere
ille potest uerius nosse hereditatum & locorum & appellationum
quae in his locis scripta sunt differentias, uerum quia ualde diffi
cile est ita eruditam uel gratia spiritus repletam esse inuenire animam.
conamur nos consolationis commonitionis causa ne forte tedio effici
atur auditoribus; sermo diuinus electio si nihil explanationis acci
piat orantibus uobis & domino donante haec interim de huiusmodi
lectionibus perstringere necessarium uidetur. quae possint aedificare animas nostras.
siqua autem pos [illegible] sunt uel ad praesens non possumus uel uos
nondum potestis audire ex his tamen quae disseruimus correctiores
atque emendatiores reddi possitis. & etiam illa quae capere non
possumus meliores effecti conprehensuros nos sperare debemus.
& quidem obtimum erit haec adsequi dum in hac uita sumus ubi la
boris premium iustum est. si minus post obitum fortasse innotes
cent his qui merebuntur, uerum tamen & etiam illud ammoneo
non paruum ex hoc utilitatis animę conferri quod ad aures nostras
licet obscura uideatur lectio diuini sermonis adlabitur. sicut enim
creditur a gentilibus quod carmina quaedam sunt quas precantiones
appellant quibus sicut artis insusurrantes nominibus quibusdam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0117